Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



68

mum: qui quasi fenum ita arescet. Et obliuis est do
mini factoris tui. qui tetendit celos. et fundauit terram.
et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te
tribulauerat ad perdendum. Ubi nunc est furor tri
bulantis. Cito ueniet gradiens ad aperiendum. et non
interficiet usque ad interitionem nec deficiet panis eius.
Ego autem sum dns ds tuus. qui conturbo mare. et
intumescunt fluctus eius. Nis exercituum nomen meum.
Posui uerba mea more tuo et in umbra manus mee pro
texi te. ut plantes celos et fundes terram et dicas ad
syon populus meus es tu. Consurge consurge. induere for
titudine tua syon. induere uestimentis tuis ierlm ci
uitas sci. quia non adiciet ultra ut pertranseat per te mer
cumasius et immundus. Excutere de puluere consurge
sede ierlm. solue uincla colli tui captiua filia syon. qa
hec dicit dns. Gratis uenundati estis. et sine argento
redimemini. quia hec dicit dns ds. In egyptum des
cendit populus meus in principio ut colonus esset ibi. et as
sur absque ulla causa calumpniatus est eum. Et nunc
quid mihi est hic dicit dns. quo ablatus est populus meus gratis.
Dominatores eius inique agunt dicit dns. et iugiter to
ta die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet po
pulus meus nomen meum in die illa. quia ego ipse qui
loquebar ecce assum. Quam pulchri super montes pe
des annunciantis et predicantis pacem. annuntiantis